

Ad te levavi animam meam

Konzert am ersten Advent in der
ev.-luth. Kirche St. Peter und Paul zu Landwehrhagen
30. November 2014 um 17.30 Uhr
Eine Veranstaltung des Kulturring-Staufenberg e.V.



Ausführende:

Göttinger Choralschola *cantando* 
 *praedicare*

Leitung: Johanna Grüger

• ERÖFFNUNGSVERS •

Deus, in adiutorium meum intende.
Domine, ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri et Filio
et Spiritui Sancto
Sicut erat in principio
et nunc et semper
et in sæcula sæculorum. Amen.

*Gott, komm mir zu Hilfe.
Herr, eile mir zu helfen.
Ehre sei dem Vater und dem Sohn
und dem Heiligen Geist.
Wie es war im Anfang
so auch jetzt und immerdar
und in Ewigkeit. Amen.*

• AUS DEM ABENDGEBET VOM 1. ADVENT (SACH 9, 9) mit PS 113 A •

* Iocundare filia Sion: exsulta satis,
filia Ierusalem, alleluia. –

*Juble laut, Tochter Zion! Jauchze,
Tochter Jerusalem, Halleluja.*

In exitu Israel de Ægypto,
domus Iacob de populo barbaro,
factus est Iuda sanctuarium eius,
Israel potestas eius.

*Als Israel zog aus Ägypten,
das Haus Jakob aus dem fremden Volk.*

Mare vidit et fugit,
Iordanis conversus est retrorsum;
montes saltaverunt ut arietes,
et colles sicut agni ovium.

*Das Meer sah es und floh,
der Jordan wandte sich zurück.
Die Berge hüpfen wie Widder,
die Hügel wie Lämmer.*

Quid est tibi, mare, quod fugisti?
Et tu, Iordanis,
quia conversus es retrorsum?

*Was ist mit dir, Meer, daß du fliehst,
und mit dir Jordan,
daß du dich zurückwendest?*

Montes, quod saltastis sicut arietes,
et colles, sicut agni ovium?

*Ihr Berge, was hüpfst ihr gleich den Widdern,
und ihr Hügel, wie junge Lämmer?*

A facie Domini contremisce, terra,
a facie Dei Iacob,

*Vor dem Antlitz des Herrn erbebe, Erde,
vor dem Antlitz des Gottes Jakobs,*

qui convertit petram in stagna aquarum
et silicem in fontes aquarum.

*der den Fels in Wasserseen wandelt
und den Granit in Wasserquellen.*

Gloria Patri ... *

Ehre sei dem Vater ...

• INTROITUS – ZUM EINGANG AM 1. ADVENT (PS 24, 1-4) •

* Ad te levavi animam meam:
Deus meus in te confido,
non erubescam:
neque irrideant me inimici mei:
etenim universi qui te exspectant
non confundentur. –

*Zu dir erhebe ich meine Seele;
mein Gott, auf dich vertraue ich,
nicht werde ich erröten,
und nicht werden verlachen mich meine Feinde,
denn alle, die auf dich warten,
werden nicht beschämt.*

Vias tuas, domine, demonstra mihi:
et semitas tuas doce me. *

*Deine Wege, Herr, zeige mir
und deine Pfade lehre mich.*

• GRADUALE – NACH DER LESUNG AM 1. ADVENT (PS 24, 3. 4) •

* Universi, qui te exspectant,
non confundentur, domine. –

*Alle, die auf dich warten,
werden nicht in Verwirrung gebracht, Herr.*

Vias tuas, domine, notas fac mihi
et semitas tuas edoce me. *

*Deine Wege, Herr, mach mir bekannt
und deine Pfade lehre mich.*

• COMMUNIO – ZUM ABENDMAHL AM 1. ADVENT (PS 84, 13 und 2. 12) •

* Dominus dabit benignitatem:
et terra nostra dabit fructum suum. –

*Der Herr wird geben das Gute,
und unser Land wird geben seine Frucht.*

Benedixisti domine terram tuam:
avertisti captivitatem Iacob.

*Gesegnet hast du, Herr, dein Land,
hast abgewendet die Gefangenschaft von Jakob.*

Veritas de terra orta est:
et iustitia de cælo prospexit. *

*Wahrheit geht aus der Erde auf,
und Gerechtigkeit blickt vom Himmel herab.*

• ANTIPHON AUS DEM ABENDGEBET VOM 3. ADVENT (IS 46,13) und PS 95, 1. 2. 3 •

* Dabo in Sion salutem,
et in Ierusalem gloriam meam, alleluia. –

*In Zion spende ich Heil,
und in Jerusalem meine Herrlichkeit. Halleluja.*

Cantate domino canticum novum
cantate domino omnis terra.

*Singt dem Herrn ein neues Lied,
singt dem Herrn alle Lande.*

Cantate domino
et benedicite nomini eius,
adnuntiate de die in diem salutare eius.

*Singt dem Herrn
und segnet seinen Namen,
verkündet Tag für Tag von seinem Heil.*

Adnuntiate inter gentes gloriam eius,
in omnibus populis mirabilia eius. *

*Verkündet bei den Heiden seine Herrlichkeit,
bei allen Völkern seine Wunder.*

• INTROITUS – ZUM EINGANG AM 2. ADVENT (CF. IS 30, 19. 30; und PS 79, 2. 3) •

* Populus Sion, ecce Dominus veniet
ad salvandas gentes:
et auditam faciet Dominus
gloriam vocis suæ,
in lætitia cordis vestri. –

*Volk von Sion, siehe der Herr wird kommen
zu retten die Völker,
und hörbar wird machen der Herr
die Herrlichkeit seiner Stimme,
in der Freude eures Herzens.*

Qui regis Israel, intende:
qui deducis velut ovem Ioseph. *

*Der du Israel führst, hab acht,
der du Joseph weidest gleich einem Schäflein.*

• GRADUALE – NACH DER LESUNG AM 2. ADVENT (Ps 49, 2. 3. 5) •

* Ex Sion species decoris eius: *Vom Zion (erscheint) der Glanz seiner Schönheit;*
Deus manifeste veniet. – *Gott wird sichtbar kommen.*

Congregate illi sanctos eius, *Versammelt ihm seine Heiligen,*
qui ordinaverunt testamentum eius *die schlossen den Bund mit ihm*
super sacrificia. * *beim Opfer.*

• OFFERTORIUM – ZUR GABENBEREITUNG AM 2. ADVENT (Ps 84, 7. 8; 2, 3 und 11) •

Deus tu convertens *Gott, wenn du dich herwendest,*
vivificabis nos, *wirst du uns beleben,*
et plebs tua lætabitur in te: *und dein Volk wird sich freuen in dir.*
** ostende nobis, Domine, *Zeige uns, Herr,*
misericordiam tuam, *deine Barmherzigkeit*
* et salutare tuum da nobis. – *und dein Heil schenke uns.*

Benedixisti domine terram tuam *Gesegnet hast du, Herr, dein Land,*
avertisti captivitatem Iacob; *hast abgewendet die Gefangenschaft von Jakob,*
remisisti iniquitatem plebis tuæ. * *hast vergeben das Unrecht deines Volkes.*

Misericordia et veritas *Barmherzigkeit und Wahrheit*
obviaverunt sibi; *kamen sich entgegen*
veritas de terra orta est *Wahrheit erstand aus der Erde*
et iustitia de cælo prospexit. ** *und Gerechtigkeit blickte vom Himmel herab.*

• ANTIPHON AUS DEM ABENDGEBET VOM 3. ADVENT (SACH 9, 9) und Ps 84, 9 10 •

* Ierusalem, gaude gaudio magno, *Jerusalem, freue dich und frohlocke,*
quia veniet tibi Salvator, alleluia. – *denn zu dir wird kommen dein Erlöser. Halleluja.*

Audiam, quid loquatur Dominus Deus, *Hören will ich, was Gott, der Herr, spricht,*
quoniam loquetur pacem ad plebem *denn er spricht den Frieden über sein Volk und*
suam et sanctos suos et ad eos, *über seine Frommen und über die,*
qui convertuntur corde. *die ihm das Herz zuwenden.*

Vere prope timentes eum salutare ipsius, *Ja, nahe denen, die ihn fürchten, ist sein Heil,*
ut inhabitet gloria in terra nostra. *daß Herrlichkeit wohne in unserem Land.*

• LESUNG (PHIL 4, 4-6) und ANTWORTGESANG VOM 3. ADVENT (Ps 84, 8) •

Gaudete in Domino semper: *Freut euch im Herrn allezeit.*
iterum dico, gaudete. *Noch einmal sage ich: freut euch!*
Modestia vestra *Euer gütiges Wesen*
nota sit omnibus hominibus; *werde bekannt bei allen Menschen.*
Dominus prope est. *Der Herr ist nahe.*

Nihil solliciti sitis;
sed in omni oratione et obsecratione,
cum gratiarum actione, petitiones
vestrae innotescant apud Deum.
Deo gratias.

Ostende nobis, Domine,
misericordiam tuam.
Et salutare tuum da nobis.
Gloria Patri ...

*Um nichts macht euch Sorge,
sondern in allem Gebet und Flehen
sollen unter Danksagung eure Anliegen
kund werden vor Gott.
Dank sei Gott.*

*Zeige uns, Herr,
deine Barmherzigkeit
und dein Heil schenke uns.
Ehre sei dem Vater*

• COMMUNIO – ZUM ABENDMAHL AM 3. ADVENT (Is 35, 3. 4 und Ps 144, 18. 21)

* Dicite: Pusillanimes, confortamini
et nolite timere:
ecce Deus noster veniet,
et salvabit nos. –

Prope est dominus invocantibus eum,
omnibus qui invocant eum in veritate. *

Laudem domini loquetur os meum,
et benedicat omnis caro
nomen sanctum eius. *

*Verkündet: „Ihr Kleinmütigen, seid getrost
und fürchtet euch nicht.
Seht unser Gott wird kommen
und wird uns erlösen.“*

*Nahe ist der Herr allen, die zu ihm rufen,
allen, die aufrichtig zu ihm rufen.*

*Das Lob des Herrn soll verkünden mein Mund,
und preisen soll alles Fleisch
seinen heiligen Namen.*

• HYMNUS und VERS (Is 45, 8) •

Conditor alme siderum,
æterna lux credentium,
Christe redemptor omnium,
exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitu
mortis perire sæculum
salvasti mundum languidum,
donans reis remedium.

Vergente mundi vespere,
uti sponsus de thalamo,
egressus honestissima
Virginis matris clausula.

Cuius forti potentiæ
genu curvantur omnia;
cælestia terrestria
nutu fatentur subdita.

*Der Sterne ewger Schöpfer du
und ewig Licht der Glaubenden,
Christus, Erlöser dieser Welt,
erhöre unser innig Flehn.*

*Du trugest Leid, als sich in Untergang
und Tod die Welt verstrickt,
du hast die matte Welt heil gemacht,
vergabst den Sündern ihre Schuld.*

*Da sich der Weltenabend neigt,
kamst du, wie aus dem Brautgemach
der Bräutigam zur Hochzeit kommt,
aus deiner Mutter reinem Schoß.*

*Vor deiner starken Allgewalt
beugt huldigend sich jedes Knie
der Himmlischen, der Irdischen;
sie alle folgen deinem Wink.*

Te sancte, fide, quæsumus,
venture iudex sæculi,
conserva nos in tempore
hostis per telo perfidi.

Sit, Christe, rex piissime,
tibi Patrique gloria
cum Spiritu Paraclito,
in sempiterna sæcula. Amen.

Rorate, cæli, desuper,
et nubes pluant iustum.
Aperiatur terra
et germinet salvatorem.

*Wir bitten gläubig, Heil'ger dich,
den Weltenrichter, der da kommt:
bewahre uns in dieser Zeit
vor aller List des bösen Feinds.*

*Dir, Christus, milder König du,
und deinem Vater sei die Ehr
zusammen mit dem Tröstergeist
für alle Zeit und Ewigkeit. Amen.*

*Tauet, Himmel, von oben,
und Wolken regnet den Gerechten.
Es öffne sich die Erde
und sprosse hervor den Heiland.*

• MAGNIFICAT-ANTIPHON VOM 4. ADVENT (Is 40, 4) und MAGNIFICAT (Lc 1, 46-55) •

* Erunt prava indirecta
et aspera in vias planas.
Veni, domine, et noli tardare, alleluia. –

*Es werden zu geraden die krummen
und die rauhen zu ebenen Wegen.
Komm, Herr, und säume nicht! Halleluja.*

Magnificat anima mea Dominum,
et exultavit spiritus meus
in Deo salutari meo;

*Hochpreist meine Seele den Herrn,
und es frohlockt mein Geist
über Gott, meinen Retter.*

quia respexit
humilitatem ancillæ suæ,
ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes,

*denn er hat angeblickt
die Demut seiner Magd:
siehe, von nun an werden mich seligpreisen
alle Geschlechter!*

quia fecit mihi magna,
qui potens est, et sanctum nomen eius,
et misericordia eius
a progenie in progenies
timentibus eum.

*Denn er hat getan an mir Großes,
der mächtig ist, und heilig ist sein Name,
und seine Barmherzigkeit
ist von Geschlecht zu Geschlecht
über denen, die ihn fürchten.*

Fecit potentiam in brachio suo,
dispersit
superbos mente cordis sui;

*Er tat Mächtiges mit seinem Arm,
hat zerstreut
die in der Sinnesart ihres Herzens Stolzen.*

deposuit potentes de sede
et exaltavit humiles;

*Er warf die Mächtigen vom Thron
und hat erhöht die Demütigen.*

esurientes implevit bonis
et divites dimisit inanes.

*Die Hungrigen erfüllte er mit Gütern,
doch die Reichen schickte er leer fort.*

Suscepit Israel puerum suum,
recordatus misericordiæ,

*Angenommen hat er sich Israels, seines Knechtes,
eingedenk der Barmherzigkeit,*

sicut locutus est
ad patres nostros, Abraham
et semini eius in sæcula.

Gloria Patri ... *

*wie er gesprochen hat
zu unseren Vätern, Abraham
und seinem Stamme auf immerdar.*

Ehre sei dem Vater ...

• FÜRBITTEN und VATER UNSER •

Oremus Deum, cui cura est de omnibus,
sincera humilitate dicentes:
Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Concede populo tuo concordiam,
toti mundo pacem et tranquillitatem.

Omni loco aeris temperiem
et terræ fecunditatem.

Ægrotantibus salutem,
indigentibus adiutorium,
orphanis auxilium, viduis protectionem.

Illis qui in exiliis
aut captivitate sunt
pacificum ad propria reditum.

Stantes confirma,
eos qui ceciderunt erige,
pænitentes fidelibus annumera.
Pro requie defunctorum
et indulgentia pænitentium,
imploramus te.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noster, qui es in cælis,
sanctificetur nomen tuum,
adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua,
sicut in cælo et in terra,
panem nostrum cotidianum
da nobis hodie,
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris,
et ne nos inducas in temptationem,
sed libera nos a malo.

*Laßt uns Gott, der Sorge trägt für alles,
in aufrichtiger Demut bitten:
Herr erbarme dich. Herr erbarme dich.*

*Gewähre deinem Volk Eintracht,
der ganzen Welt Frieden und Ruhe.*

*Jedem Ort Milde der Luft
und Fruchtbarkeit der Erde.*

*Den Kranken Gesundung,
den Bedürftigen Beistand,
den Waisen Hilfe, den Witwen Schutz.*

*Denen, die in Verbannung
oder Gefangenschaft sind,
friedliche Rückkehr zu den Ihrigen.*

*Die da stehen stärke,
die gefallen sind richte auf,
die Reuigen rechne zu den Glaubenden.
Um Ruhe für die Verstorbenen
und Nachsicht der Sünden,
rufen wir dich flehentlich an:*

*Herr erbarme dich. Christus erbrme dich.
Herr erbarme dich.*

*Vater unser im Himmel,
geheiligt werde dein Name,
dein Reich komme, dein Wille geschehe,
wie im Himmel so auf Erden,
unser tägliches Brot
gib uns heute,
und vergib uns unsere Schuld,
wie auch wir vergeben
unseren Schuldigern,
und führe uns nicht in Versuchung,
sondern erlöse uns von dem Bösen.*

• GEBET und ABSCHLUSS •

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.	<i>Der Herr sei mit euch. Und mit deinem Geiste.</i>
Oremus: Excita, quæsumus domine, potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succure: ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.	<i>Laßt und beten. Rüttle auf, wir bitten dich o Herr, deine Macht und komm; mit starker Kraft eile uns zu Hilfe, damit durch den Beistand deiner Gnade das (Heil), was unsere Sünden noch aufhalten, durch dein verzeihendes Erbarmen schneller komme. Der du lebst und herrschst mit Gott dem Vater in der Einheit des Heiligen Geistes, Gott durch alle Ewigkeit. Amen.</i>
Dominus nos benedicat et ab omni malo defendat, et ad vitam perducatur æternam. Amen.	<i>Der Herr segne uns und bewahre uns vor Unheil und führe uns zum ewigen Leben. Amen.</i>
Benedicamus Domino. Deo gratias.	<i>Laßt uns den Herrn preisen. Dank sei Gott.</i>

MMXIV

Nos qui vivimus benedicimus domino